1004

924

SKŁODY KOSTRY BANNITY

Super Citationem Literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus de
annes in Ktocsow Lesniowolski Branscen etc Capitaneus Vobis Nobilibus Dorotheae filiae olim
Nobilis Mathiae Orszech Kostro de Putanie Consorti Nobilis Floriani Skłodowski Hedvigi filiae
olim Mathei [illegible]ko Putaski Consorti Nobilis Mathei Niemyski Zophiae filiae olim eiusdem
Mathei Kostro Putaski Consorti Nobilis Rafaelis Zebrowski Joanni olim Pauli de
anni olim Mathei Kostro Putaski in Kostri Orsechowizna Smolki heredibus ex eidem
bonis Vestris Omnibus Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut
in Terminis Iudicialibus simul et Querelarum ac Causarum officii Castren Capitan Bran
scen in Curia Regia Branscen feria secunda post datam praesentis Citationis prius
et proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Insti
gatoris Iudicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Joannis filii Nobilis Valentini Kostro Putaski
Qui vos praesertim maritatas cum maritorum vestrorum uti tutorum legitimorum assisten
tia citat ad Baniendum et de Regno Poloniae Dominiisque eidem annexis proscribendum ex
eo ob non admissam Intromissionem in bona vestra affectatam Vigore Actoris perlucre rem
in officio praesenti in Curia [illegible] Quia vos stipendium militare per Actorem apud vos
allequutum et per vos metipsos concessum pro servitiis ipsi Cenori Han Tartarum et in
solitas licentiosasque Kozakorum gueras pro interesse vestro ex bonis Kostri et Smolki
Orsechowizna servien per ipsum cum aliis incolis Regni Pallatinatus Podlachiae Distri
ctus Branscen expediti et bene promeriti neque pro tunc circa exitum neque post reditum
vultis dare reddere tum pecuniis paratis quod victui necessarie serviebat solvere
Actor vero suo sumptu servitium eiusmodi militare cum magno sumptu et periculo
pro interesse vestro expedivit. Citamini etiam ad videndum et audiendum super Vobis poe
nas eo nomine sancitas una cum restitutione promeritorum et resarcione expensarum
et damnorum litis praesentis decerni et alia in talibus fieri contra vos solita statui Iustitiae
perductor et obtentor non admisistis imo temere denegastis per quod in poenam Bani
tionis incidistis ad quam super Vobis et bonis Vestris Omnibus decernenda et per Mi
nisterialem publicandam Citamini Iudicialiter sitis responsuri et Terminum atten
tatur. Datum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Festum Sancti Francisci
Confessoris Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius
quidem Citationis praeinsertae Copiam sigillatam Ministerialis Regni Gnalis Nobilis Simon
Łopinski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citatorum propriis posuisse
et publicasse recognovit Memoratus Actor suprascriptos Citatos ad Iudicium praesens Castren
Capitan Branscen per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedictum Preszenska
Iuridice clamatos et non comparentes in poena Banitionis ex Regestri Ordine Ordine ac
admissione

Iudex praesentes Iudicialiter Condemnauit in vim autem Condemnationis eiusmodi Iudicium praesens Castren. Capitan. Bransceñ. visa et considerata Citatorum clamatorum et non comparentium Contumatia et temeritate Iuri Communi et partis Actoreae affectationi Consentiente Citationis inhaerendo super ipsis Citatis et bonis eorum omnibus paenam Banitionis decernit ipsosq Citatos iam eiusmodi Banitos et de Regno Poloniae Dominiisq eidem annexis proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem paenam Banitionis Ministerialem suprascriptum Proszenski

9246 addit et deputat.

Ciues Suralenses

Banuti

Super Citationem literalem Castrensem Capitan. Bransceñ. tenoris talis Franciscus Ioannes in Kleczow Cesnowolski Bransceñ. etc. Capitan. Vobis famatis Proconsuli cum Consulibus Viceaduocato cum Scabinis totiq Communitati Oppidi Sacrae Regiae Maiestatis Suras de bonis vestris Omnibus Vigore Regio et nostra qua in hac parte fungimur authoritate mandamus ut in Terminis Iudicialibus simul et Querelarum ac Causarum officii Castren. Capitan. Bransceñ. feria Secunda post datam praesentis Citationis prius vel proxime in Curia Regia Bransceñ. celebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam instigatoris Iudicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Simonis olim Petri Borowski de Borowo proheredum taxima heredis. Qui vos citat ad Baniendum et de Regno Poloniae Dominiisq eidem annexis proscribendum ob impugnatam Actoris Rumationem seu fortem de brachio Regali Intromissionem in bona vestra per biosgerentem officii nostri Ministerialem et Nobiles apud vos officiose affectat in ipsis lucrorum perlucrensis in officio Terrestri officioq Castren. Bransceñ. Iudicio perductorum in Causa vobis instituta ideo Quia vos existentes multoties amicabiliter moniti et requisiti non vultis neq curatis eidem Actori iustitiam debitam et competentem de famato Tereske Iwanowicz Concive vestro Qui accepta Summa pecuniae ab Actore videlicet Quindecim Florenorum Pollonicales quam submisit se Generoso Mattheo Ialbrzik Wyszerski subiudici Terrae Bielscen. pro tunc Exactori fumalium dare et persoluere et non persoluit in qua Summa idem Generosus Exactor vestes certas Actoris moderni propriis in Summa praefata ipsi ad tempus certum iam dudum praeteritum traditam habuit administrare seu ius Polonicum locare non vultis neq curatis. Citamini itaq ad videndum et audiendum super vobis et bonis vestris Omnibus paenam Banitionis decerni Ministerialem ad publicandum addi et deputari Iudicialiter sitis responsuri et Terminum in quo vobis latius praemissa declarabuntur attentaturi. Datum in Curia Regia Bransceñ. feria Secunda post Dominicam Iubilate prox. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuiusquidem Citationis praesentis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Topienski tunc et illius super quam Rumatio est obtenta quemlibet illarum ad vna integra ante suos Terminos Septimana in Oppido Suras apud Proconsulem posuisse et Communitati publicasse recognouit. Memoratus Actor suprascriptos Citatos ad